

444.

1257 d. 6 Oct.

Laglösa Köping.

Ärke-Bisk. LARS IS i Upsala Bref till Helsingland och Jemtland rörande 40 dagars aflat, för dem, som lemnade understöd till Upsala Domkyrko-byggnad; hvartill 4 andra Biskopar hvar för sig tillagt lika många dagars aflat för nämde orter och Ångermanland.

A. 3. a. 2: 4.

FRATER LAURENCIUS miseracione diuina. vpsalensis archiepiscopus. Uniuersis helsingland & jamtaland. inhabitantibus salutem in nomine ihesu christj. Quoniam vt ait apostolus &c. *lika med N:o 245 till* uitam eternam. Cum igitur vpsalensis ecclesia mater nostra. & capud christianitatis nostre. cui de iure tenemini reuerenciam. & honorem. ac ipsam in suis necessitatibus adiuuare. dudum sit igne destructa. ac ad reparacionem sui proprie non suppetant facultates. Ideo vniuersitatem uestram. Monemus. & hortamur. in domino. Et uobis in remissionem iniungimus peccatorum. vt nunciis. dicte ecclesie cum ad nos uenerint. pias Helemosinas. Et grata. caritatis subsidia erogetis. vt per nostram. & aliorum subuencionem. sepedicta ualeat ecclesia adiuuari. et uos per hec. & alia bona. Que inspirante domino feceritis; positis ad eterne felicitatis gaudia peruenire. Nos igitur Omnibus uere confesis. & contritis. qui memorate ecclesie. manum porrexerint adiutricem. de omnipotentis dei misericordia. & beatorum Petri. & Paulj apostolorum eius auctoritate. & meritis gloriosi martiris Laurencij confisi. Quatraginta dies de iniuncta. sibi penitencia: misericorditer relaxamus. Ratas. & Gratas. habentes. & auctoritate qua fungimur. confirmantes. Indulgencias. Quas venerabiles Fratres. suffraganei vpsalensis ecclesie in presenti negocio in Helsingland. Angermannaland. & Jamtaland. duxerint Largiendas. Datum Laghlysakypung. Anno Dominj. M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.L<sup>o</sup>.VII. Pridie Nonas. Octobris. Dominus Innocencius Papa Quartus. Quatraginta dies. Nos Laurencius dei gracia scarensis Episcopus Quatraginta dies. Nos COL dej gracia strengnensis episcopus Quatraginta dies. Nos Magnus Dei gracia Arosiensis episcopus. Quatraginta dies. Nos Frater forcundus dei gracia vexsyonensis episcopus Quatraginta dies.

På fransidan: Indulgencia concessa helsingis, qui datam elemosinam ad fabricam ecclesie vpsalensi. CC. dierum excepta indulgencia pape.

Sigillen, 1—5 föga skadade.

445.

1257 d. 1 Nov.

Harun.

BIRGER JARLS Bref till Medelpad och Ångermanland med erinran om deras offentliga öfverenskommelse att för hvar person, som hunnit 20 år, erlägga årligen en penning, äfvensom fattigtionden på vissa år till Upsala Domkyrko-byggnad, jemte allvarlig befallning att detta fullgöra.

A. 3. a. 1: 5.

B. Dej gracia dux sueorum. vniuersis in mizalpaz et Angermanaland Habitantibus salutem in domino Nostis si bene recolitis quomodo

in presencia domini regis filij nostrj. et nostra. et bone memorie domini. J. quondam archiepiscopj vpsalensis & aliorum quamplurimorum regni suethie in signum obediencie perpetue vpsalensi ecclesie matrj vestre de consilio nostro et mandato quilibet vestrum qui viginti esset annorum et supra. vnum denarium nostre monete vel valorem eiusdem singulis annis in perpetuum promisistis exsoluere insuper et decimas pauperum integre per vnum annum ~~ante~~ <sup>terciam</sup> per triennium ad supradicte ecclesie edificacionem quod vt plurimum miramur non dum persoluistis. Cum nos deceat et ex potestate nobis a deo concessa ad nos pertineat ea que sancte ecclesie promissa sunt roborare, ac illa precipue que in presencia nostra et cum consilio nostro et consensu fiunt. Jdeo vobis in uirtute obediencie et sub optentu graciae nostre firmiter precipiendo. mandamus vt omnia supradicta vpsalensis ecclesie fideliter persoluatis. prout dilectus cognatus noster dominus. f. archidiaconus vobiscum duxerit statuendum sicut gratiam nostram in hac parte promereri volueritis et indignacionem euitare. datum. Harun anno dominj. M°. CC°.L°VII°. in die omnium sanctorum.

Sigillet bortfallet.

446.

1258 d. 9 Febr.

Viterbo.

Påfv. ALEXANDER IV:s tillstånd för Tyska Hospitaliter-Bröderna att hafva fästen och borgar.

A. 1. d. 52.

ALEXANDER episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs . . Magistro et Fratibus Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitanorum Salutem et apostolicam benedictionem. Fauoris nostri prouenire decet auxilio, ut que digne seu iuste cupitis. libere ac sine trepidatione aliqua perficere ualeatis. Sane munitiones et Castra quedam ad honorem dej et Sancte Romane ecclesie sicut accepimus tenetis in Transmarinis et Cismarinis partibus, que non solum Paganis sed etiam alij quamplures homines reprobi et peruersi auferre uobis per uiolentiam moliuntur. Quia uero de ammissione Munitionum et Castrorum ipsorum uobis et negotio fidei quod per uos in Terra Sancta nec non in Liuania et Pruscia seu quibuscumque alijs locis per dei gratiam utiliter et potenter agitur, graue dispendium imineret. Nos deuotionis uestre precibus inclinati. ut Munitiones et Castra predicta defendere, uim ui repellendo cum inculpate tutele moderamine ualeatis. uobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli ergo &c. nostre concessionis &c. Datum Viterbij V Jdus Februarij Pontificatus nostri Anno Quarto.

Blyullan vidhänger i röda och gula silkestrådar.